

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNARD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNARD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNARD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





Eausas comprehendit, quæ quancumque in posteris Adæ, per peccatum debilitata, in primo tamen Parente suis omnibus absoluta complementis fuit. Nec mirum, eam scilicet immediatè à Deo per infusionem liberaliter accepit.

I I.

Si reparatæ gloriæ Philosophiæ sibi vendicant & Ægyptiorum Prophetæ, & Assyriorum Chaldæi: quidni & nos hanc Galliæ laudem tribuamus, & eruditum à Driuidis Pythagoram, Græcosque ferè omnes suas à Gallis mutuatas disciplinas, non verò à Græcis Gallos sustineamus?

III.

Organum organorum Logica habitus instrumentalis ab effectiuo non distinctus. Non ita tamen sumus, qui, quod ipsam inter Artes annumeremus Dialecticam, idcirco scientiæ titulus & nominibus non exornemus. Tu quisquis es, obiectum illius, operationes mentis dicito.

I V.

Ens rationis sæpè fabricat hominis Intellectus, raro Angelicus, nunquam immediatè effingit Deus. Definitur id quod concipitur ut ens, licet ens non sit. De mente Platonis circa Ideam apud Auctores non constat, exteriorem admiserit vel internam penitus incertum.

V.

Vniuersalis existentiam contra Cratylum & Democritum defendimus; cuius materiam ne dixeris, aut Nominalium voces, aut nudos Stoicorum conceptus, aut exemplar Platonicum, sed communem Peripateticorum essentiam benè reputaueris. Illius forma realis non est, sed mentalis.

VI.

Vniuersale duplex est immediatè, nimirum essentialè & accidentarium: si Scholarum vsus attendatur, quintuplex esto. Inter gradus Metaphysicos discrimen reale nullum, sed rationis fundatè intercedit: valeant igitur quanquam subtilissimæ Scotistarum formalitates.

VII.

Genus in vnica conseruatur specie, sicut & species in vnico indiuiduo. Inæqualitatem specierum eiusdem generis ponit inæqualitas differentiarum. Proprium melius sustinueris vniuersale quarto modo, quam cæteris. Accidens commune ex rei essentiâ non venit, at rei aduenit.

VIII.

Ens Deo & creaturæ, substantiæ & accidenti commune genus: proindeque vnica rigorosè statuimus Categoriā; quanquam & decem practicè non respuamus. Substantia prædicamentalis, ens per se subsistens completum, Angelos & Cælos comprehendit, Deum non excludit.

IX.

Entitatem extremis superadditam relatio non patitur, sed fundamentum simul & terminum æquè completitur. Per se se voces & nomina morbos non curant, aliofue effectus insolitos producant. Galenum ex naturâ quidem veneramus, sed figuram eius explo- dimus.

Etiam bene vniuersali auctoritate, artis aut sapientiæ titulus non sortitur; sed scientiæ & prudentiæ nominibus insignitur. In Intellectu residet, præfider Voluntati Humanas actiones ad leges honestatis componit. Triplex illius species, Monastica, Oeconomica & Politica.

II.

Monastica inferior dignitate Oeconomica, omnibus præstantior Politica. Varium Ciuitatis regimen, Democraticum, Aristocraticum, & Monarchicum. Postremum, vt Vnius imperium, ita diuinius. Imperitos ac iuuenes ab ingressu Moralis non arcemus, imò arcesimus.

III.

Tanta est à naturâ vnicuique concessa in Bonum libido, vt ne libera quidem hominum Voluntas ad malum detorqueri possit, nisi quatenus apparenti Bonitatis specie & vmbra personatum. Finis omnis bonus, non omne bonum finis. Agunt omnia propter finem.

I V.

Belluas formaliter operari si denegas, animalium integritatem non capis; quippe quæ finem vt finem cognoscant & appetant, & media quæ media sunt, consecutentur. Res insensibiles eò non nisi materialiter impelluntur. Solus Deus obiectiua hominis Beati- tas.

V.

Ad Felicitatem formaliter & adequatè consti- tuendam sola non sufficit aut intellectus cogni- tio, aut voluntatis dilectio; sed vtramque si iunxeris operationem, Deum possidebis. Cætera gloriosius redundabunt ornamenta; Corpori merces non deerit, insignibus quatuor exornabitur dotibus.

VI.

Virtus moralis non innascitur sed labore & studio comparatur. Omnis in medio formaliter consti- tuitur, modò commutatiuam ac remunerantem Iusti- tiam excipias, non vindicem. Nulla potest in heroi- co statu possideri, nisi cæterarum exornetur comi- tatu.

VII.

Propriam virtutis sedem expetis? Intellectum prudentiæ, & aliarum domicilium voluntatem virtutum, nequaquam sentientem appetitum propu- gnamus. Voluntarium metus propriè non destruit, auget Cupiditas. Malum formaliter merus bonitatis de- fectus.

VIII.

Ovælibet actio moralis bona est, vel malâ; indif- ferens in indiuiduo datur nulla. Non sumus qui vitiosas ex naturâ Passiones arbitremur; Stoicis pec- catum sint, nobis profunt ad virtutem; non eas igitur extirpabit Sapiens, sed iuxta rationem mode- rabitur.

IX.

Avarus peior prodigo. Fortis seipsum non interfici- et; veniet qui occidat, expectabit. Quisquis priuatâ auctoritate duellum suscipit, mollis est & ignauus. Iudex secundum allegata & probata contra cognitam sibi veritatem cur condemnaret? Rex na- tus præstantior electo.

Mentis distinctio sapientiæ est, at Intelligentiæ inno- men obtinet, scientiæ non retinet. Non modò Deum aut substantiam solam expendis, sed se totam in entis abstracti considerationem impendit. Principium est quid primum, vnde aliquid est, aut fit, aut cognos- citur.

II.

Falluntur admodum qui realitatem Essentiæ ante Existentiæ æternitatem effingunt. Non melius senti- unt qui distinctas Essentiam & Existentiā entitates prædicant. Subsistentia non est modus naturæ super- ductus, sed nil nisi substantialis naturâ, prout singu- laris, completa, & in se existens.

III.

Cognitam Aristoteli naturâ Genio creationem nemo non fatetur; hæc independenter Deo licet propria, absolutè tamen creaturæ euehi, quæ vel vt instrumentum, vel vt causâ principis operetur ex nihilo, nihil contradicit. Vnum & idem sui ipsius productum esse nequidem diuinitus potest.

I V.

Veros productum creaturæ effectus, sed tanta est ad earum operationes diuini necessitas concu- sus, quanta physici inutilitas præcurtus. Determinant Deum ad exercitium & speciem actus, ipsas Deus mouet ad indiuiduum. Principium substantiæ effectuum accidens.

V.

Evndem numero effectum plures causæ totales na- turaliter attingere non valent. At extraordina- riam si Dei præpotentis virtutem accuratius expendamus, quominus prodixerint quid implicat? Causali- tas causæ materialis sustentatio formæ: formalis in- formatio materiæ.

VI.

Exemplaris causâ imago, quam effectus ex inten- tione agentis imitatur, non est conceptus forma- lis, sed obiectiuus. Causâ per accidens fortuna & casus; fortunam Veteres fato opponebant; verum fati quoddam fatum facerent. Monstrum siue ostentum raro ostenditur.

VII.

Idem definitur effectus ab assuetâ speciei dispositio- ne insigniter atque insolenter degenerans. Illius multiplices causæ: inter eas non ignobiles feminis ex- cessus vel defectus, effusio vel confusio; & grauidæ renax Parentis phantasia. Monstrum natura intendit? distinctione soluitur.

VIII.

Angelorum existentiam reuelant Scripturæ, na- turaliter suadet ratio, neutiquam per-suadet. A- lios ab aliis diuersâ locupletatos specie gloriari nihil re- pugnat. Quidni & plures solo numero discrepent? In assumptis Dæmones corporibus Antiquitati plurimum imponebant.

IX.

Deum existentem mirabilis omnium creaturarum pulchritudo ac varietas efficaciter concinunt. Vnus est, immutabilis, infinitus per essentiam, immen- sus, æternus, & quamvis realiter simplicissimus exi- stat, ratiocinata tamen rationis compositionem non respuit.

Phylica Corporis naturalis, quatenus naturalis est, cognitionem intendit, vltèrius se non extendit. Generationis principia, materia, forma, & priuatio: compositionis priora duo. Propriam sibi quæ additam vendicat Materia existentiam. Diuinitus omni formâ destituitur.

II.

Inter substantiales formas vna est Anima rationa- lis, quæ duntaxat in materiam inducitur, ex eâ non educitur. Totum à suis non distinguitur partibus: quæ tertiam, vt vniantur, entitatem non admittunt. Chry- sopeiam moliris? Aurum multò facilius decoques, quàm excoques.

III.

Quantitas à re quantâ non nisi formaliter discre- pat. Continuum ex puris non constat indiuisibi- libus; verum ex partibus coalescit in infinitum diui- dus. Infinitum creatum impossibile. Societas corpo- rum naturaliter perseverat. Angelus vacuum non procurabit. Deus, si voluerit, efficiet.

I V.

Locus superficies corporis ambientis prima & im- mobilis Vnum corpus in pluribus simul constitui locis etiam circumscriptiue diuinitus potest: caleret in vno, in altero frigeret: viueret in vno, moreretur in altero. Duo per eandem virtutem corpora, sese in- uicem penetrant.

V.

Mvndus compages ex cælo & terrâ, iisque omni- bus, quæ inter vtrumque continentur, naturis coagmentata, in tempore conditus est; Ab æterno fieri non potuit: Omnipotens Deus multiplicem creare no- luit, sed Vnus vnice effectus, Optimus optimè produ- xit, sed non optimum efformauit.

VI.

Inter præcipuas mundi partes maximè glouescunt cælestes spheræ, quarum materia specie diuersa non est ab elementari. Et quamquàm illustris forma, non tamen viuientis nomine gloriatur. Incertior mortalium animus, qui cælos dinumeret: feliciior qui postremum, scilicet Empyreum consequatur.

VII.

Sic cælestes globos ab Intelligentiis agitari cense- mus, vt à seipsis veriùs fortassis circumuolui non denegemus. In humanum corpus influunt sydera: sed nostram immediatè non mouent voluntatem. Hinc valeant qui liberarum fortes causarum ex Astris cer- tius eduxerint.

VIII.

Elementa quatuor existunt, Ignis, Aër, Aqua, & Terra. ex iis omnibus mixta componuntur: Sub- stantiales tamen eorumdem formas non continent, sed qualitates complectuntur. In generatione & coru- ptione ad materiam vsque primam resolutio cur fie- ret?

IX.

Anima est actus primus corporis organici pote- state vitam habentis. Triplex annumeratur, ve- getans, sentiens, & rationalis. Omnes in vtero matris Embryo successiue non capit, sed rationali statim in- formatur. Fames & sitis Animalibus ad alimentum calcari sunt.

Has Theses, Deo Duce, tueri conabitur FRANCISCVS LE TELLIER Pontifex, die Dominica 21. Augusti, an. R. S. H. 1661. à primâ ad sextam. Arbiter erit HIPPOLYTUS DV VAL, Philosophiæ Professor.

PROACTV SOLENNI
IN MONTE-ACVTO.